

Jaches,

Joh. Jak.

1678.





2
Q. D. B. V.

902.
DIOCLETIANUM
ECCLESIAE HOSTEM,

Publicè exponet,
Et cum GUSTAVO M.
comparabit

M. JOHANNES JACOBUS JACHES,

Scholæ Teutonicæ Holmiensis

h. t. ProRector.

RESPONDENTE

ANDREA WARANAY

Novifolio Hungar.

SS. Th. Stud.

10.
die Decembr. A. c. l. l. c. LXXIIX.



WITTENBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

DIOGLETIANUM
KLEINER HOFSTEN

KOEN. BIBL.
DER
UNIVERS.
HALLE.



Diss. Jur. Can.

202-223

I - III

202-226

LD. 10

Band I.

M

0

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be organized into several lines.





1.

Nemo vel acerbius consuluit, vel crudelius animadvertit in Christianos, quàm Diocletianus. Proinde non immerito ejus persecutionem Sulpicius vocavit *acerbissimam l. 2. sacre hist. p. 367.* Consentit auctor martyrii Cosmæ & Damiani, qui testatur, eo imperante inusitatam coepisse tempestatem contra veræ pietati deditos Christi cultores. *ὅτι ὁ τύχων, ἔτύχανε χειμῶν, κατὰ τὸν εὐσεβῆν ἡρημένων, καὶ τὸν χριστὸν σεβομένων.*

Diocletiani sævit

2. Ad hæc ex veris omniq; exceptione majoribus ecclesiæ doctoribus plus semel observavi, eum quoq; in libros Christianorum sæviisse, & sicubi invenisset, comburendos curavisse. Quam jacturam inter alios valde conqvestus est Arnobius, qui & vixit Diocletiani temporibus, & rhetoricam cum applausu docuit, post autem ad Christi sacra adductus, eruditè scripsit contra gentes. Qui sequentibus verbis non quidem nominat, sed certè tamen denotat Diocletianum, qui libros Christianorum exussit. *Nam, inquit, nostra quidem scripta cur*

A 2

igni-

*ignibus meruerunt dari? cur immaniter conventi-
cula dirui, in quibus summus oratur Deus. &c. lib.
4. adv. gentes p. 152.*

3. Eandem in sententiam multa colligi addu-
ciq; possunt ex Augustino, Optato Milevitano, &
aliis, sed mihi in præsens sufficiat Eusebii diligentis
& accurati scriptoris auctoritas, quem scio quidem
& fateor de rebus divinis, deque mysterio Christi
perperam sensisse, tamen in genere historiae fidem
suam ex asse liberavit, ingenueq; scripsit. Is verò *lib.
8. c. 2. hist. Eccl.* memorat, Diocletianum edixisse,
ut sacri codices igni cremarentur, quod prioribus
retrò temporibus non perinde fuerat factum.

4. Quod edictum odii crudelitatisq; plenum
quadraginta post mortem Cypriani annis emissum
fuisse, confirmat Augustinus, *lib. 7. de baptismo c. 2.*
anno autem decimo nono imperii Diocletiani, ut
tradit *Eusebius prædicto loco, & in supplemento de
Martyribus à principio.*

5. Horror animum subit, quum recogito de
proposito ejus excindendi omnes in universum
Christianos, ut mandata ejus sanguine scripta to-
tus prope orbis detestaretur. Debellatis enim ex-
ter-

ternis hostibus, arma in cives Christi nomen professos convertit, foedisque suppliciis homines infontes confecit, *apud Eusebium l. 8. cap. 2. 3. 4. 5. 6. seq. & supplem. de martyr. Quò respexit Constantinus M. apud eundem de vit. Const. l. 2. cap. 51. Martyrium Cosmae & Damiani ex codice Allatiano à VVangne-veckio conversum: Franc. Balduinus edict. Principum de Christ. p. 113.*

6. Atque hæc inaudita sævitia ejus imperio magnam labem asperit, adeo ut ob vim injuriamque Christianis illatam malè audiat, eamque ob causam maximè infame ejus imperium appelletur, *Jacob. Godofredi dissert. II. Philostorgio subjuncta p. 39.* Quo factum est, ut quum res Christianorum postea in melius mutatas, Constantinumq; etiam Christianum feliciter imperantem videret, resistereq; nunc privatus ob factam nuper abdicacionem non posset, aliena felicitate contabesceret, prorsusque excrucietur. Quare tandem metu conscientiaë confusus, vili domicilio se inclusit, lentasq; Deo vindici pœnas dedit, *Euseb. in orat. Constantini ad Cœtum sanctorum cap. 25. Conf. ejusdem H. E. l. 18. cap. 17. & initium suppl. de mart.* Sequuntur Eusebium Zonaras & Cedrenus, miserabilemque Diocletiani accessum graviter describunt, quem demendæ ignominiaë suæ causa scriptores profani præterierunt.

*Zosimus et laudatur,
& vituperatur.*

7. Zosimus scriptor per se egregius & prudens, sed doctrinae Christianae adversarius, qui imperante Theodosio II. floruit, multis modis ornavit Diocletianum, nec dubitavit affirmare, lapsas fuisse imperii res, quum is ipse imperio se abdicasset: neque multo post tradit, ab ludis ritibusque suae sectae omissis subversae imperii felicitatis causam, arcessi oportere. Ita enim ait. *Αποθεμὲν Διοκλητιανὸν τὴν βασιλείαν, ὑπερῶν κατα' ἑραχὺ, καὶ ἔλαθε κατὰ τὸ πλεόν βαρβαροθεΐσα.* *Postquam posuit Diocletianus imperium, sensim quasi deliquit, propeque recidit ad barbariem.*

8. Quibus verbis cum disertè meminit Diocletiani, tum tacitè more suo perstringit Constantinum, iraque & studio abreptus interdum falsa narrat. Perinde ut solet Procopius, qui Justinianum vehementer pungit prorsusque etiam criminatur, *ἐν ἀνεκδότοις παρῆν.*

9. Meliori fide Eusebius saeva & sanguinaria Diocletiani instituta persecutus est: neque immeritò ex vitae exitu eum judicavit, Constantiumque ob clementiam erga Christianos, mitiori feliciori que morte defunctum narravit, *supplem. de mart. init.* Quos tyrannorum casus cum respiceret subinde sapienterque reputaret Constantinus M. non modo
Chri-

stianis favere coepit, sed etiam nutu consilioq; Dei
immortalis sacra eorum amplexus est, paganisque
ritus suos permisit, quod sciret, religionem non co-
gi, sed doceri suaderive oportere, *Euseb. de vit. Const. M.
l. 2. cap. 56. Quod & sanxit concilium Carthaginense can. 38. quod re-
petit Blastaris in syntagmate Alphabetico cap. 32.*

10. Non alioqui ausim dissimulare, multas
in eo virtutes explenduisse, fortitudinem in primis *Diocletiani virtutes, et*
in bello, & domi in jure dicundo aequitatem, quae
certè ex multis ejus constitutionibus abunde elucet.
Proinde illi non inviderim laudes, quas ipsi tribuunt
*Julius Capitolinus, Aurelius Victor, Eutropius scriptores profani, item
Johannes Antiochenus, Suidas, omnium maximè ejus avi Panegyrista Ma-
mertinus, aliique.*

11. Bella gessit plurima & confecit, hostesq;
aut delevit, aut coercuit, Carinum fudit, Sarmatas
inhibuit, Germanos limitem transituos represit,
Gothos Istri aditu summovit, Persas domuit pro-
vinciisque aliquot multavit, Aegyptios ad obsequi-
um redegit, & tot tantaq; opera patravit, ut pauca
verba ejus laudationi haudquaquam sufficere vi-
deantur. Hinc ab Eutropio gnaviter ornatur elo-
giis, quae nihilo infelicius expressit ejus *Metaphrastes
Paanius, lib. 9. cap. 16. Aelius Lampridius Diocletianum aurei parentem
seculi nominavit, in Heliogabalo cap. XXXV. in quam sententiã*

nil

nil commentantur *Casaubonus & Salmasius* : videntur autem mihi lucem huic rei afferre numi antiquitate insignes, qui incisam habent Diocletiani effigiem cum nominibus averſa parte ſcriptis: JOVI TUTATORI: item JOVI CONSERVATORI. Hinc dictum eſſe Jovium conſtat, pertinetq; eò nummus aureus, cujus copiam mihi fecit *Cl. Schurzſleiſchius*, ut certo hoc indicio deprehendam, hiftoriæ & numis bene inter ſe convenire, ſimulq; intelligam ex comparata numorum materia temporum factorumq; Reip. Romanæ ſingulares & inſigniores inclinationes. Aurelius Victor Schotti *magnum virum*, id eſt, arte & judicio regendi præſtantem appellat.

13. Argumento *καταποντισμῶ* docuit me *Schurzſleiſchius*, ſub eo paſſos eſſe Coſmam & Damianum martyres, de quorum ætate nil definivit *Gerardus Joannes Voſſius*, vitamq; & martyrium eorum ſcriptoribus Latinis ſubjunxit, quanquam eorum martyria ſermone Græco exarata eſſe ſcio, neque id meâ opinione latuit Voſſium, *πολυμαθέστατον virum*.

14. Cum verò tam gravem calamitatem Chriſtia-

ſtia-

nis intulisset Diocletianus, tùm impotenti animo
gloriatuſ est *nomine Christianorum deleto, qui rempublicam ever-*
tissent, quod indicat vetus inscriptio apud Adolphum Oeconem in nu-
mis. imp. Roman. in Dioclet.

14. Verum id jactavit potiùs, quàm compro-
bavit Diocletianus, quando expertus est, tentatam
evertendi nominis Christiani rationem haud feli-
citer evenisse. Nunquam enim Christianorum
constantia frangi aut expugnari potuit, sed inter
miserias & pericula crevit potentiùsque aucta est.

15. Non equidem nescio, sævitix culpam in *Præsidum improbita*
præsides præfectosque esse rejectam, & recordor,
Tertullianum eos jam ævo suo sic allocutum: *Cru-*
ciate, torquete, damnate, atterite nos. Probatio enim innocentia nostra
iniquitas vestra. Neque diffiteor, malos præsidum fuis-
se mores, ut non immeritò scripserit Aurelius Vi-
ctor, homo à vero Dei cultu alienus. *Boni malique in re-*
publica nihil est, quod in diversum traduci nequeat moribus præsentium,
p. 254. ed. Schotti.

Quin & ex Eusebio manifestum est,
Maximum, qui fere Diocletianum crudelitate
superavit, injurias vexationesq; Præsidum non dis-
simulasse, quum publica etiam epistola, cujus Lati-
num exemplar amissum est, translatumque in ser-
monem Græcum apud Eusebium superest, *σείσηδες*
καὶ ἀποσείησεις coarguit, aut potiùs coarguisse vult vi-
deri,

B

deri,

deri, *H. E. l. 9. c. 10.* Ne nunc ex Cypriano afferam, quòd lucrum quoque facerent ex libellis, quos plerisque Christianis, qui tales malo exemplo emebant, ardua quoque in religionis causa simulabant, conscientiamque lædebant, *v. Cypr. ep. 31.* Verum id non proficiebat ad tyrannorum excusationem, satisque ego habeo, quòd ipse Maximinus, qui Diocletianum in edictis parentem suum nominat, admissi sui ipse iudex sit, ultroque fateatur, inique cum Christianis actum fuisse, cum nullorum scelerum convicti, ob solum religionis suæ nomen damnarentur. Quam frigidam jejunamque impiæ gentis calumniam confutavit proximus illorum temporum scriptor *Lactantius*, qui gnauiter secutus est exemplum Tertulliani, scriptoris eruditi & acris atque vehementis, sed parum facilis minusque compta, ut ipse iudicat, in apologetico adversus gentes, Cyprianique in eleganti & sententioso libro contra Demetrianum, *Africæ Procos. lib. V. instit. cap. 1. 8. & seqq. collat.* Non enim vacat hic dicere de Clementis Alexandrini *Protreptico*, *Stromatum*que eruditissimis libris, deque scriptis Origenis contra Celsum & Symmachum, ac demum de Arnobii libris adversus gentes,

Lactantius. etc.

Arnobius

res, in quos multa congeffit, quorum fontes capitaq; extant in Clemente Alexandrino, in quo summa inest omnis fere Græcorum antiquitatis.

16. De annis imperii, & epocha Diocletiani multis disputarunt viri summi Josephus Scaliger, & Dionysius Petavius, inter quos ego me non interpono: amplector autem rationes non ex ingenio, sed ex bonis idoneisque auctoribus desumptas. Res eò redit, ut coepti à Diocletiano imperii annus sit A. C. 284. annus autem persecutionis, de qua supra dixi, incidat in A. C. 303. Alterum ex Ammiano Marcellino, alterum ex Eusebio probare in expedito est, *Conf. Dion. Petavius in doctissimis animadversionibus in Epiphaniæ lib. de mensur. & ponderibus p. 412. seqq. in primis rescriptum Diocletiani idib. Octobr. A. CCLXXXIV. promulgatum.*

17. Illud hic subjungere non gravabor, quòd primus fuerit Diocletianus, qui titulum DN. sumferit, quod præter historicos nummi confirmant, qui ab eo tempore cusi sunt, quorum aureos, argenteos & æreos vidi. Nuper sanè in Academia Pisana Henricus Noris pulchrè ostendit, numorum Diocletiani & Licinii pulchrum esse usum in profana & ecclesiastica historia, cujus dissertatio per celeberrimum Magliabechium ad D. Schurz fleischium est curata.

18. Jam

18. Jam converto me ad Gustavum Adolphū nostratis gentis regem fortissimum, cuius & Diocletiani facta conferre animus est, more veterum, qui illustrium virorum vitas comparabant, ut quibus rationibus congruerent inter se ac differrent, clarius cerni posset, exempla; inde ad instruendos animos peterentur.

19. Diocletianus obscurissimè natus, ob sapientiam virtutesq; imperator ab exercitu creatus, *maximus optimusq;* dici cœpit. *V. Aur. Victor, Eutropius, inscriptio apud Occonem in eo.* Contra Gustavus Adolphus ab regum stirpe ortus, unâ omnium sententiâ in eo regno successionem obtinuit, *apud P. Piassec. ad an. 1611,* simul & togæ belli; artibus ita enituit, ut prudentiæ & virtutum laude omnes æquales anteiret. Falsus est inter Italos Petrus Baptista Burgus, eum rerum omnium, quæ ad Dei & honestatis gloriam pertinerent, diligentissimè rationes subduxisse, quum *lib. III. expedit. Sued.* hæc de Gustavo Adolpho scribit. *Magnanimus, liberalis, affabilis, misericors fuit: pius quoq; ac justus: &c.* Quod dignum est memoriâ elogiū, præcipuè à Cive Genuense, quem reipublicæ & sacrorum

imparatio.

Petrus Baptista Burgus,
laudat Gustavum.

rum instituta ab eo sejunxerant, allatum monu-
mentisq; historiæ commendatū. Sed auctor ille nō
visus est viro, ceteroq; perindustrio, & ob haud
vulgarem librorum notitiam magnopere laudādo
*Martino Zeillero, ut apparet ex Catalog. historic. & Chronolog. part. III.
pag. 43.*

Elogium Zeilleri.

20. Diocletianus omni modo auctoritatem
suam tuebatur, postea vero, quam rerum successi-
bus sublatus, ipse se regere non poterat, Domi-
num mutato reipublicæ argumento se appellabat.
*Ita enim tradit Eutropius. In imperio Romano primus regie consuetudinis
formam magis, quam Romanæ libertatis invexit: adorarique se iussit,
cum ante eum cuncti salutarentur. Quod non obscure domi-
natus studium ambitionemq; indicat, à quibus
non infrequentibus in summâ fortuna malis pror-
sus abhorruit rex nostrâs. Equidem notatur à Tho-
ma Carvæo, quasi in cursu victoriarum ipse ingenii
sui regendi haud compos fuisset, quod ingenio ejus
contra omnem fortunæ casum firmo, consiliisq;
summâ cum ratione susceptis & confectis omninò
quondam adversabatur. Igitur Adolphus Brache-
lius honorificè de eo loquitur, & in magno atq; ex-
celso ipsius animo pietatē, rectoricē vitæ actionumq;
optimarum magistram commendat. Cum in Ger.*

B 3

mani-



maniam duceret, militibus in terram expositis, Deum precatus affirmavit, non armis magis, quàm precibus pro victoria pugnari, & quò plus pietatis, eò plus felicitatis in bello fore, *hist. l. 4. ad an. 1630. Quæ desumpta sunt ex Bogislao Philippo Chemnitio, bell. Sveco-German. part. 1. p. 55. Eundem secutus est Hermannus Hermannides, qui magis ad verbum, sed minus eleganter reddidit, numerum feliciorum successuum, sequuturum semper multitudinem precum, bell. German. part. 2. p. 126.*

21. Diocletianus absurdè interdum & insolenter se ostentavit, quod significat *Eutropius libro 9. cap. 16.* denotantque superbæ inscriptiones, & superioribus temporibus non receptæ appellationes. Longè alia mens Gustavo M. fuit, quippe qui non tam purpura & gemmis, inusitatoque habitu & pompa, inventisq; recens ornamentis, quàm dextrâ suâ & fortibus factis splendorem gloriæ suæ amplificavit. Jura autem, & honores titulosque regios fortiter constanterque est tutatus. Quamobrem ob repulsam legationis Lubecam. missæ maximè in sententiam belli socialis Germaniæ Principum inductus est, apud eundem Chemnitium. Reliquas ejus belli causas persecutus est

Balthasar Henckelius in bello protectitio & vindicatorio Gustavi Adolphi. Conf. Epistola ad Electores Germania apud Rich. Zuccheum de jur. intergent. p. 36. Literarum summa est apud Chemnit. & Hermannidem

*Causa belli ab Hauctonibus
descripta.*

dem p. 106. Conf. Matth. Lungwitzius in coron. laur. reg. Sued. & in Josua redivivo, ubi pro merito laudatur.

22. Diocletianus hostibus reipublicæ debellatis, hostias Jovi immolavit, & tempore occasioneq; datis, odium & arma in Christianos vertit, Melius rem divinam confecit Gustavus, & religionis etiam Christianæ causa versatus est in castris, & socios propinquosve Principes nulla auxilii spe frustratus est, & pugnaturus non Jovis, sed Jesu nomen sanctè reverenterqve appellavit, & Dei honorem rei que publicæ libertatem semper ante oculos sibi posuit, fortiterqve propugnavit.

V. D. P. Pers. in Rom. Aquil. p. 453. ibidem insigne & spiritus Batavi plenum carmen, quod auctor Divo regi tribuit: extat etiam Danielis Heinsii Batavo sermone scriptum epos, quo Victori Gustavo eleganter accinctoriamq; regis & suam ad posteros transmisit. Nil hoc afferam, & de Johanne Loccenio, ac Johanne Scheffero, quorum ille in historia rerum Suevicarum, a Suevica gentis exemplorum libro præclarè graviterq; memoravit.

23. Postremo Diocletianus crudelitate defessus, fortunæq; suæ, cujus rationes in exitio Christiani nominis constituerat, impatiens, cum Maximiano collega se imperio abdicavit. *V. Eutropius, ex eo auctor historia miscelle.* At Gustavus M. rerum bene actarum sibi conscius, & constans, de
statio-

Loccenio, et Scheffero

statione sua non decessit, donec eum in summo
pugnæ discrimine mors gloriosa abstulit, quam et-
si quodammodo præsensit, ut multa præsentiant
divinæ mentes, tamen causæ, & virtuti suæ
confusus non morabatur Saxonis spes, bellumque
urgebat. Demùm in summa rerum claritate, glo-
riæq; militaris maximo splendore sanctam inno-
xiamque animam, de republica & sociis bene me-
ritam Deo immortalis reddebat, quem mortuum
quoque non destituit felicitas, quum exercitus,
quem vivus duxerat, non magis pro salute sua,
quam pro ultione regis pugnaret, atque ab inci-
pitis prælii periculo prospere & fortiter tandem se
expediret vinceretque. Postea ^{Rege} ^{Waldemaro} ^{glor-}
tum non tam in ære, quam in ^{Waldemaro} ^{glor-}
morte ejus ad majorem libertatem ^{Waldemaro} ^{glor-} & honores ti-
tavit, nec tam questu & lacrymis, ^{Waldemaro} ^{glor-} est tutatus.
recordationibus cæsum funereq; elatum re-
gem maximum est profecutus.



Ji 448





ULB Halle 3
005 131 499


WA

o
t-
nt
æ
re
o-
o-
e-
n
s
i
fe







B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Farbkarte #13

D. B. V. 902.

ETIANUM
Æ HOSTEM,

licè exponet,
GUSTAVO M.
comparabit

JACOBUS JACHES,
 tonicæ Holmiensis
 t. ProRector.

SPONDENTE
WARANAY
 folio Hungar. 50 448
 S. Th. Stud.

mbr. A. d. Isc LXXIIX.

TENBERGÆ,
 HENCKELII, Acad. Typogr.

